

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## II. Text der Annalen.

□□

Rmo. in Christo Patri, Nobili, Doctissimo Amplissimoque, DD. *Antonio*, celeberrimi monasterii Garstensis in Superiori Austria supra Anasum abbatii dignissimo etc., domino suo et patrono gratioso.

Nihil est dictum, Rme. D. praesul, patrone gratiosissime, quod non dictum sit prius, inquit ille. Nemini dubium esse potest, quin hoc ab ipso verissime prolatum sit: id quod non solum quotidiana experientia edocet, sed omnes artes a priscis saeculis inventae traditaeque idem convincunt. Nonne hoc nostro saeculo hic in Germania nostra eadem illae artes et disciplinae docentur, expetuntur et honorantur, quae olim in Graecia et Latio a sapientissimis viris, Platone, Aristotele, Cicerone aliisque infinitis doctae, expetitae et honoratae sunt? Quid in hodiernum usque diem magis in usu, quam acutissima dicta, pulcherrimae sententiae, similitudines et apophategmata veterum sapientum doctissimorumque philosophorum? Quorum libri huiusmodi dictis et sententiis refertissimi passim reperiuntur, adeo ut nihil acute, bene et eleganter dictum videatur, si quid a quoquam jejune simpliciterque in medium proferatur. Adeo porro hoc verum est, ut idem ipsum in doctrina s. catholicae religionis sit manifestissimum exploratissimumque, in qua perpetuus unanimis consensus Patrum et Doctorum Ecclesiae in hodiernum diem (Christo et Apostolis sic praedicentibus) ita constans, consentiens inviolatusque permansit, ut vere dicere possimus: nihil dicitur, quod non dictum sit prius. Unde apud catholicos scriptores librorum in more est, ut plerumque libros suos censurae doctissimorum virorum aut alicuius academiae aut ecclesiae iudicio pro correctione submittant. Id nimur volunt, ut si quid forte novum minusque conveniens cum antiquorum doctrina aut scriptis catholicae religionis in iis subnotetur, tamquam alienum et minus bene dictum aut scriptum prorsus eliminetur. Quin imo ipsi praecipui heresiarchae nostro aevo antiqua illa iam dudum ab Ecclesia catholica proscripta et condemnata dogmata ab inferis rursus excitantes (id quod vel unicus Rev. P. *Georgius Schererius S. J.* in suo „*Pallio haereticorum*“ luculentissime demonstrat) hoc ipsum confirmant.